

Grumio, Melissa, et Poppaea

scaena prima

Grumio est in culina. subito Caecilius intrat.

Grumio: domine, toga tua scissa est! quid accidit? cur dei flammis de caelo mittunt? cur nubes atra solem celat? quo fugiamus?

Caecilius: (*vinum rapit et bibit*) eheu! dei irati urbem Pompeios delent. e foro veni. mortem ubique vidi. cinis densissimus iam in villam incidit. cinis gravissimus est: mox in villa captivi erimus; mox muri concident. tibi fugiendum est; ego hic maneo. Metella est in foro.



Metella domum redit. Metellam exspecto.

Grumio: domine! sum servus tuus. multas cenas tibi coxi. saepe cibum optimum hospitibus tuis dedi. non discedo: hic tecum maneo.

Caecilius: abi! te iubeo. tibi libertatem do. non iam servus meus es. nonne aliquis est quem diligis?

Grumio: Hercle! Poppaea! ubi est Poppaea? fortasse iam mortua est. Poppaeam quaero. Poppaea est suspirium meum. vale!



Caecilius: (*susurrans*) Poppaea est suspirium multorum iuvenum.

(*Grumio exit; Melissa intrat.*)

Caecilius: Melissa, tibi quoque libertatem do. villa ardet; urbs deleta est. ruinae ubique sunt. fuge ex urbe!

Melissa: eheu! ubi est Grumio? Grumio, meae deliciae? de amore nihil Grumioni dixi; repudiationem timebam. quam pulcher est! quam comis! quam cor meum dolet! ego Grumionem quaero. Grumio est suspirium meum. vale!

(*Melissa exit. Caecilius in villa manet. tandem ad terram labit, fumo oppressus. murus in eum decedit.*)

Vocabulary

sol (acc. solem)	the sun	diligo	love, care for
gravis	heavy	suspirium	sigh; heart-throb
erimus	we shall be	deleta est	has been destroyed
captivus	captive	repudiatio	rejection
concido	fall down; collapse	comis	polite; friendly
hic	here; this	cor	heart
aliquis	someone	labo	fall, sink
quem	whom	opressus	stifled; crushed

scaena secunda

in villa Lucrionis. Poppaea in horto ambulat. caelum anxia spectat. valde sollicita est.

Poppaea: eheu! quid faciam? Lucrio abest. sola sum. utinam Grumio adesset! nam Grumio est suspirium meum.

(subito Melissa intrat)

Melissa: quid dixisti? Grumionem amas? quanta perfidia! nam Grumio est suspirium meum. Grumio me ante omnes amat.

Poppaea: num mihi ita dicis? abi, scelestas!

(Grumio hortum intrat)

Grumio: salve, Poppaea, meae deliciae! nunc nobis fugiendum est. vivamus atque amemus!
(Melissam videt). Ah! Melissa...

Melissa: Grumio, cur tu hanc puellam amas? scilicet ars magica est. te amo. te semper amabam. ubi oculos ad me primo vertisti, cor meum tremuit. tintinant aures! lingua torpet!

Poppaea: satis! otium tibi molestum est, Melissa. Grumio! nobis ad portum fugiendum est. istam feminam sperne!

Grumio: eheu! duae feminae me amant! quid faciam?

(intrat Lucrio.)

Lucrio: Poppaea, omnia parata sunt. navem inveni. navis nos portat ad Africam. nobis ad portum currendum est. *(Grumionem videt)* quis es? cur tu es in villa mea?

Poppaea: Grumio est suspirium meum. Grumio est fortis et pulcher.

Melissa: satis! Grumio est deliciae meae. Grumio est comis et probus. Grumio mecum venit!

Poppaea: minime! Grumio *mecum* venit!

Lucrio: satis! tacete omnes! in magno periculo sumus. ad portum currendum est. omnes ad navem contendimus. *omnes* ad Africam fugimus.

vocabulary

villa Lucrionis	Lucrio's house	oculus	eye
quid faciam	what am I to do?	tintino	ring, jingle
utinam	would that...	ares	ears
adesset	see "adest"	torpeo	freeze; be numb
nam	for; because	otium	idleness; free time
perfidia	treachery	molestus	troublesome
ante	before	istam	that!
scelestas	wicked (woman)	sperno	reject; spurn
scilicet	obviously	probus	honest
ars magica	magic; sorcery	nobis... currendum est	we must run



scaena tertia

*in portu. navis adest. Syphax est gubernator navis. ingens gladiator adest. Metella quoque adest.
intran Lucrio et alii.*

Syphax: salvete omnes! habesne pecuniam? iter longum et
periculosum est ad Africam. navem conscendamus!

Grumio: hercle! Metella! quid tu hic facis? quid tibi accidit?
ubi est Caecilius?

Metella: eheu! Caecilius mortuus est.

omnes: quid? mortuus? eheu!

Metella: ita vero. Clemens ipse mihi rem narravit. nihil in Italia habeo. mihi ad Africam
fugiendum est. in Africa est vita nova. fortasse usque ad urbem Alexandriam perveniam.

Melissa: Caecilius erat vir fortis et probus. mihi libertatem dedit. sed quis est hic gladiator?
quam forti pectore et armis! credo equidem genus esse deorum.

Metella: hic gladiator vitam meam servavit. ubi ad terram decidi exanimata, fumo oppressa, ad
portum me portavit. quam fortes sunt gladiatores!

Poppaea: Grumio quoque est fortis. Grumio est suspirium meum.

Lucrio: tace, pessima ancilla! ego libertatem tibi non promisi. serva mea es. amor ad te non
pertinet. tace!

Melissa: ecce, Grumio! liberta sum. ista ancilla libertatem non habet. num tu servam praefers?

Poppaea: eheu! quam tristis sum. vitam miserandam habeo.

Grumio: dei nos dividunt. fatum est. vale, Poppaea. Melissa nunc est deliciae meae. agnosco
veteris vestigia flammae. Melissa, te semper amabam!

(amplectant)

Lucrio: satis! maximum periculum nos imminet. ad Africam festinemus. navem conscendamus!

(omnes navem conscendunt).

finis.

vocabulary

gubernator navis	helmsman/captain of the ship	praefero	prefer
forti pectore	bold chest	divido	separate; keep apart
arma	weapons	fatum	fate; destiny
equidem	indeed	vestigia	traces; footprints
genus	parentage	veteris	old
esse	to be	flamma	flame; passion
serva	(female) slave	amplecto	embrace
pertineo	be relevant (to)	immineo	hang over; threaten

